UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare præcepit Deus omnibus bona facere & mala vitare, etsi non id ab omnibus vult impleri. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

nec niſi volens quicquam facit, & omnia quæcunque vult facit.

Summatim perſtringit ſententiam prædictorũ addens quare Deus præcepit omnibus bona facere & mala vitare, cum non velit hoc ab omnibus impleri. C

EX prædictis liquet quod voluntas Dei quę ipſe eſt, ſemper inuicta eſt, nec in aliquo quaſſatur, ſed per omnia impletur. Conſilium vero eius & præceptio ſiue prohibitio non ab omnibus implẽtur quibus propoſita & data ſunt. Neq; ideo præcepit omnibꝰ bona, vel prohibuit mala, vel cõſulit optima, quod vellet ab omnibus bona quæ p̃cepit fieri, vel mala quę prohibuit, vitari. (Si enim vellet, vtiq; & fierent, quia in nullo poteſt ab homine ſuperari vel impediri eius voluntas) ſed vt iuſtitiam ſuam hominibus oſtenderet, & mali eſſent inexcuſabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia pœnã ſortirentur, ſicut vtriſq; ab æterno præparauit. Ea ergo quę omnibus præcepit vel prohibuit, à quibuſdam voluit fieri vel vitari, ſed non ab omnibus: & quædã perſonaliter præcepit, & in veteri, & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit fieri voluit: vt Abrahæ de immolatione filii & in Euangelio quibuſdam curatis, quibus pręcepit nec cui dicerent.

Geneſ. 22. a
Marci 1. d

QVOD ALIQVANDO HOMO BONA *voluntate aliud vult, quam Deus: & aliquando mala, id quod Deus bona voluntate bona vult.*

DISTINCT. XLIII. A

Qualiter voluntas noſtra diuina conformetur.

SCIENDVM quoque eſt, quod aliquando mala eſt voluntas hominis idem volentis quod Deꝰ vult fieri: & aliquando bona eſt voluntas hominis, aliud volẽtis quam Deus. Vt enim bona ſit hominis voluntas, oportet attendere quid cõgruat